



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Quo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

34. Anonymi Carmen de S. Cruce.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

949
Sancti

ORESII

ABBATIS

De

De sex cogitationibus

SANCTORVM

LIBELLVS.

ITEM,

Anonymi

CARMEN

De

S. Crucis.

Nunc primum ex m. s. edita.

cc 2

Ad



Ad Lectorem.

S Oresium, & carmen de S. cruce accepi à Melchior
 Haiminsfeldio Goldasto, qui S. Oresium exscripsit
 ex codice, anno sexto Caroli Junioris exarato, ut ait. Di-
 gnus sanè est auctor, quem vel nominis ergo referri no-
 perire. Interpres Oresii quis fuerit, non constat. Nam O-
 resium Græcè scripsisse, facile deprehenditur ex helle-
 mi reliquiis: Et quod in m. l. subiunctus erat S. Basilii ad-
 monitionibus, ex Græco in Latinum conuersis. Quis O-
 resius, & quo tempore vixerit, non habeo quod affirmem.
Orenti Abbatis in monte Sina mentio apud Sophronium in
 Ioannem Moschum in Prato Spirituali, *Orielesis* (quæ
 Goldastus in m. l. suo Gennadii reperit *Oriensem* vocat)
 Abbas, discipulus S. Pachomii, scripsit *de instructione Mona-*
chorum libellum, qui circumfertur. Vt sit noster Oresius,
 non facile dixerim. Imo nec diuino. Nam forte alius
 est. In hoc genere licet coniecturis uti; dummodo nihil
 temere. Ego quærendum cenfeo. *Orielesis* (inquit Trithemius
 de script. Eccles.) *Monachus & discipulus S. Pachomii, & eius*
successoris Theodori collega, vir in diuinis scripturis ad perfectum
instructus, & tam vita, quam eruditione spectabilis. Scripsit pro
edificatione Monachorum opus diuino salis conditum, totiusq; monachorum
disciplina instrumentis constructum, quod prænotare possunt
de instructione Monachorum, lib. 1. Si quid amplius scripserit,
nescio. Claruit sub Honorio & Theodosio Principibus,
anno 420. Hæc Trithemius,

S. ORE

S. ORESII ABBATIS

De Sex cogitationibus Sanctorum Libellus.

I.

DE Domino cogitare debemus, vt delectemur in illo sperare, ad eum recordare, vt beatus David: Seculi homines consolantur se omnium dolorum, pergunt & considerant agnos, & equis equitant, aurum & argentum pensant, hominibus tradunt: ego autem memor fui Dei, & delectatus sum, & me omnium aduersitatum consolabor.

II.

De passionē Christi, vt suslineamus pro illo, ad fiduē cogitando atque recolendo, quod omnipotens Dominus, ac æternus Dei filius descendit de alta cœlorum altitudine in humanum corpus, in quo sancto corpore sursum in crucem eleuatus est, reuocauit eō omnia superna regna ad pacem nostram: fudit preciosum sanguinem in terram; eō nobis terrestribus sursum viam fecit, vt fieremus Angelorum ciues.

a m. f. cogitandum atq. recolendum. b m. f. in quo scōrū cor sursum in cruce eleuatur.

III.

De hora transitus, vt simus parati. Omnis vita hominis, omnis sapientia, meditatio est mortis, de qua vno die omnes sapientes trepidabunt.

c m. f. vita hominis sapiētiā mediam esse mortē.

IV.

De die iudicii, vt rationem reddamus. Magnus est ille dies ad cogitandum, & memoriæ dignus; in qua die Dominus franget creaturam, quam in principio creauit. Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam. Cœlum & terra transibunt, & reuelabit Dominus faciē eius, id est, aperiet terram, & procedent mortui de sepulchris suis, & omnia op̄a hominum preferentur in publicum. omnes ex æquo stabunt ante tribunal Christi. Nihil opertum, quod non reuelabitur; nec occultum, quod non scitur. tamen peccata, quæ ante emendantur,

de quo vno die om̄s sciebūt trepi.

tur, sciendo in iudicio abscondet. In illa die magnam laudem De-
 nullus impiorum euadet, ideo recordari ante debemus, quod beatus
 Dauid dicit; locundus homo in die iudicii, qui miseretur & conuen-
 dat, in super disponit quotidie sermones suos in iudicio, quod ius-
 tum non commouebitur.

V.

De Inferno, ut timeamus terribile, quod Esaias dixit: Vermis
 rum non moritur, & ignis eorum non extinguatur. Vermis, id est
 scientia, eo quod sciunt, quod meriti omnia mala sustinent.

VI.

De vita aeterna, ut desideremus, ubi gaudium & letitiam
 bunt Sancti, & fugiet dolor & metus. De his sex cogitationibus
 cit anima iusti inimicum, & his custoditur sapere & assidue cogitare
 Domino & recolere, & super omnia diligere, ut post saeculum ius-
 tum cum cum Angelis & Archangelis, & cum omnibus Sanctis
 gere valeamus, per eum qui uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT.

ANONYMI

De Cruce.

CARMEN

Nunc primum ex m. s. editum.

Vexillum Regis venerabile, cuncta regentis,
 O Crux sancta, micans super omnia sidera caeli,
 Mortifero lapsis gustu quae sola reportas
 Antidotum, vita fructum suspensa perennem.
 Te colo, te fateor, venerans te pronus adoro.
 Christus, principium, finis, resurrectio, vita,
 Merces, lux, requies, sanctorum doxa, corona,
 Pro seruis Dominus redimendis hostia factus.
 In te suspendens per lignum ^{tonica ligni,}
 * Pragauit clausa referando limina vita.

* sup. praes.
sanit.

Tantæ pars ego sum libertatis, bone Pastor;
 Sed mala semper agens numquam tibi digna rependi.
 Heu mihi iam bibulæ numerum transcendet arenæ
 Sarcina multorum, mihi quæ creuere malorum!
 Sed quia peccantis potius bona quam mala queris,
 Plusque tibi peccat, spem qui peccando relinquit,
 Ad te confugio, tibi supplico, confiteorque.
 Parce, precor, miserere mei, miserere meorum
 Defuncti qui sunt, & in hac * luce qui parentum,
 Qui bona fecerunt mihi pro te, centupla redde:
 Qui mala, conuertens peccamina cuncta remitte.
 Omnes hoc signo, qui te venerantur & orant,
 Dirige, sustenta, custodi, protege, salua.
 Da procul à nobis elatio sistat vt omnis
 Quot tibi summissi placeamus pectore semper:
 Protege nos iugiter ventosæ laudis ab * arua,
 Et nobis dignas confer tibi soluere grates:
 Inuidiæ maculam de mentibus ablue nostris,
 Infundens nobis ignem cœlestis amoris:
 Iræ compescens stimulos fac nos patientes,
 Tristitiâq; fugans in damnis spem retinentes:
 Crimen auaritiæ nobis dona fugiamus,
 Vt pietatis opus placidè tibi ferre queamus:
 Ingluuiem ventris nos vincere sobrietate,
 Luxuriæq; viam casto concede pudore,
 Vt per te mundi, per te quoque viribus aucti,
 Constantè vitam studeamus adire supernam.

EXPLICIT.



FLAC-

* transpō
me, qui luce

* fort. arcu
vel auro,

